

RICHIMER FRANCORVM REX.



functus in eius locum Oadmarus rex creatus fuit. Ioan. Funck. in Chron.

Richimer filius fuit Ratheri uicesimitertij Frācorum regis. Itaq; is post patris obitū ob plurimas corporis & animi dotes rex Francorum electus fuit, anno Christi nonagesimo. Is regnum suū extendere cupiens, Germanorum auxilio fretus bellum cū Romanis & Gallis suscepit, & non procul ab urbe Bassana prælio commisso uictor extitit. Cum etiā Gothi Germaniæ fines populari cœpissent, Richimer eis obuiam progressus repulit, & sibi magnum nomen comparauit. Inde Sunonem filium cum copijs in Vandaliā misit, atque hostibus profligatis ea loca occupauit. Cum hoc modo per uiginti quatuor annos præfuisset, fato